¶ Vera. Cap. ij.

COnfeſſio debet eſſe vera ita ꝙ nulla falſitas di-
catur ſcienter nec aliqđ dubium affirmetur: ſed
certa vt certa ⁊ dubia vt dubia ſunt dicenda. Et ideo
qñ cōfiteris nō dicas. dico culpā meā ſi feci tale quid
aut ſi dedi materiā turbationis tali aut feciſſem tale
peccatum ſi potuiſſem. Sed dic ſimpliciter Feci ſic ⁊
ſic. ⁊ appetiui ſic ⁊ ſic Habui volūtatē deliberatam fa
ciendi tale peccatū: ⁊ non dimiſi niſi qꝛ non potui vel
quia neſciui vel quia timui verecūdiā aut penā tem
poꝛalē. Sūt tamē quidā qui neſcientes aut verecun-
dantes aut non curātes ſpecificare pctā aperte men
tiuntur in cōfeſſione quā faciunt dicendo quedaꝫ ge
neralia ad quādā cautelam quibus compꝛehendant
pctā omnia que fecerūt: dicunt enim dico culpā meā
de quinqꝫ ſēſibus male cuſtoditis ſcilicet viſu auditu
⁊ cete. Et tamen ſi interrogarentur. de quolibet per
ſe inuenirentur non offendiſſe in altero pꝛemiſſoꝛum
maxime poſtqꝫ confeſſi fuerint. Et ſic dicitur etiā de
ſeptem vitiis capitalibus cum tamē nō offenderūt in
omnibus ſicut ſonant verba eoꝝ. Talis ergo mo-
dus maxime ab his qui ſepe confitentur eſt vitandus
Sed dicant vera et neceſſaria ⁊ dimittant falſa ⁊ ſu-
perflua. Similiter ante confeſſionem diligenter ſeip
ſos examinent e dicat pꝛimo omnia vicioſa ⁊ grauia
que certo ſe nouerint feciſſe. ita ꝙ ſub humilitatis
noticie aut cauſa quacunqꝫ nullatenus mentiantur.
Sed poſtea poſſūt dicere generalia ⁊ leuia que non
pñt generaliter explicare ſicut ſūt cogitatiōes ocioſe

verba ocioſa negligentia ꝛ pigricia circa ordinem amiſſo temporis detractio cordis dicendo horas vel orando: ingratitudo beneficiorum dei. ſuperflua cura de corpore ꝛ de reb⁹ tēporalib⁹: turbatiões leues cōtra proximū: iudicium leue alieni cordis deſpectio proximi quo ad pſonam aut vitā ſiue mores. Nō cōtenti de omnibus que deus fecit aut facit aut fieri pmittit. ꝛ his ſimilia que licet cū ſit ineuitabilia ab aīa infirma nō pñt nūero declarari ſed poti⁹ expedit ea q̄tidie delere cū lachrimis aut per ipſā infirmitatem aīe recognoſcere ꝛ in humilitate debita per manere.

¶ Integra. Ca. iij.

Confeſſio dꝫ eſſe itegra vt oīa pctā que habes in memoria que oblit⁹ fueras cōfiteri ꝛ nō recordaris itegre cōfitearis: Nec dicas ptē vni cōfeſſori ꝛ ptē alteri qꝛ nullo modo debes diuidere Hoc faciūt illi q̄ timēt deſpici a cōfeſſore vel reputari min⁹ boni pl⁹ timētes hūanā verecūdiā q̄ȝ diuinā offēſā: ꝛ plus amātes laudē extrīſecā q̄ȝ itrīſecā partē mētis ꝛ cōſcientie puritatē. Silr ſi oblit⁹ es qñ cōfiteris aliq̄ pctā ꝛ poſtea de ſequenti vel alia recordaris ſi potes debes recurrere ad eundem cōfeſſorē vt confitearis: ſi potes habere copiam ant alium: alioquin ſufficit tibi bona voluntas quod ſi nō ex oblinione ſꝫ ex malicia ac verecūdia oblit⁹ es vel obliuiſci voluiſti confiteri aliqđ peccatū teneris recurrere ad primū cōfeſſorē ꝛ ſi vis recurrere ad āliumteneris ꝯfiteri oīa pctā prius cōmiſſa ꝛ illud quod pri⁹ oblit⁹ fueras ꝛ oīa que poſtea ꝯmiſiſti a pma ꝯfeſſiōe fctā ꝛ teneris ꝯfiteri de